PS. EUSEBIUS CREMONENSIS. PS. AUGUSTINUS. PS. CYRILLUS HIEROSOLYMITANUS. ISIDORUS HISPALENSIS

Salzburg, 1470 Seite 75v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8135
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



minor sibi in est gloria aliqua uero
clarius uidet et subtilius intelligit et
sic maiorem possidet gloriam. Sic etiam
de illorum miserorum dampnatorum dici
potest. Nam cum omnis anime dampnatorum
in uno consistant penarum loco tamen di-
uersis cruciantur penis iuxta uiciorum
qualitates. Tantum siquidem differt
inter christianorum qui ibi torquentur
penas et paganorum ut paganorum cru-
ciamenta respectu eorum que falsi christiani
et peccatores sustinent sint quasi
nulla quamquam ineffabilia sint nec a ui-
uentibus cogitabilia ut dignum est. Nam
illi gratiam dei in uacuum receperunt. nec
uoluerunt a peccatis corrigi dum
uixerunt sacris continue uociferantibus
scripturis quas pro nihilo putauere
Tum ego horribile est inquam quod dicis
et utinam sedulo mortalium insisteret
mentibus ut uel tantarum penarum terrore
a prauis cessarent si nollent amore
glorie. Sed queso quid erga te pridie
exeunte anima peractum est. breuiter innotesce
Ad quod ille. aduenientе inquit mortis
mee hora tanta in loco quo migraturus ia-
cebam nefandorum affuit spirituum mul-
titudo quod per multitudinem dinumerari omnino

non possit